

D. AVRELII
AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPI-
SCOPI OPERVM TOMI
QVINTI PARS
SECUND A.

Qua reliqui x. Libri de CIVITATE DEI nunc de-
mum veterum codicum collatione & fide castigatis-
simi facti, atque doctissimi viri LODOVICI
VIVIS, eruditissimis Commentariis
illustrati, continentur:

Cum Indice, hac postrema editione castigatissima
dissimilisque facto.



LUGDVNI,

Apud Sebastianum Honoratum
M. D. LXX.



Octave
René
Oscar
Carles
Julie
man
ca



ELENCHVS CA-
PITVM IN DIVI AV-
RELII AVGUSTINI DE
CIVITATE DEI,
LIBRVM XIII.

- 1 De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas.
- 2 De ea morte, quæ animæ semper ut cuncte viciuntur accidere potest, & ea cui corpus obnoxium est.
- 3 Vtrum mors, quæ per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransiit, etiam sanctis pena peccati sit.
- 4 Cur ab his, qui per gratiam regenerationis sunt absolu-ti à peccato, non auferatur mors, id est pena peccati.
- 5 Quod sicut iniqui male utuntur lege, quæ bona est, ita & iusti bene utuntur morte, quæ mala est.
- 6 De generalis mortis malo, quo animæ & corporis societas separatur.
- 7 De morte, quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt.
- 8 Quod in sanctis primæ mortis pro veritate susceptio, secunde sit mortis absolutio.
- 9 Vtrum tempus mortis, quo vita sensus auferatur, in morientibus, an in mortuis esse dicendum sit.
- 10 An vita mortalium, mors potius quam vita dicenda sit.
- 11 An quisquam simul & viuens possit esse & mortuus.
- 12 Quam mortem primis hominibus Deus, si mandatum eius transgredierentur, fucrit comminatus.
- 13 Prauaricatio primorum hominum quam primam scribit penam.



DIVI
AVRELII AVGV-
STINI EPISCOPI
AD MARCELLINVM
DE CIVITATE
TE DEI
LIBER XIII.

De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas.

CAPUT I.

Ixpeditis de nostri seculi exortu, & de initio generis humani difficultissimis questionibus: nunc iam de lapsu primi hominis, in quo primorum hominum, & de origine ac propagine mortis humanæ disputatione à nobis institutam rerum ordo depositit. Nō enim eo modo quo angelos considerat Deus, ita considerat & homines: ut eam si peccassent, mori omnino non possent: sed ita, ut perfundatos obedientiae munere, sine interuentu mortis angelica immortalitas & beata æternitas sequeretur: inobedientes autem mors plesteret damnatione iustissima: quod etiam in libro superiori iam diximus.

IOANNIS LODOVICI VI.
VIS VALENTINI IN TERTIUM DE-
cimum librum de ciuitate Dei, D. Aurelij
Augustini Commentaria.

2. **P**erfunctos obedientia munere.] Statutum vniuersique vivendi super terram fuisse tempus, quo absoluto gestatio-
ne ligno vite confirmata fuisset natura, translato-
que in celum immortalitas consecuta. Et sic multa querim-
A.j.